



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 36. Pontificii exercitus progressus in Romandiola.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

§. XXXV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.

*Omnes Mediolanensis Ducatus urbes
a Rege occupatæ.*

Vix decima septima effluxerat dies, cum *Seyssel hist.*
 Rex omnes, quæ a Mediolanensi *Lud. XII.*
 Ducatu dependebant, urbes recuperasset, *Ciaccon. in*
civibus ubique claves offerentibus, ejus- *Jul. II.*
que clementiam exorantibus; quippe *p. 224.*
Cremenses, Cremonenses, Bergomenses,
Brixienes, ac Cravaggiani, quorum civi-
tates ex foederis Cameracensis lege Re-
gi Christianissimo debebantur, nequidem
obsidionem expectabant, sed ultro portas
Gallis aperiebant: Picelo quoque ad
primæ provocationis terrorem deditio-
nem fecit; Piscariam autem Galli post
duodecimam diem expugnarunt, præsi-
dariis omnibus ferro trucidatis, ut eam
cædem vindicarent, quam nuper Trivii
ab hoste acceperant.

§. XXXVI.

Pontificii exercitus progressus in
Romandiola.

Neque hic infensa Venetis fortuna ste- *Marian. l. 29*
 tit; quippe Pontificis exercitus vi- *n. 821*
 stricibus armis totam ferme Romandio- *Guicci. lib 8.*
 lam occupaverat; in eam quippe duo- *Hist. de la*
 decim armaterum millia induxerant Car- *Ligue de*
 dinalis *Cambray* *l. 1. p. 132. t. x*

Sæcul. XVI dinalis Papieñsis, Ferrariæ Dux, & Fran-
A.C. 1509. ciscus Maria de Ruvere Julii II. Nepos,
 qui defuncto Godefrido Ubaldo Avunculo suo in Urbinatis Ducatu succeſſerat. Hic
 copiis in aciem eductis urbes a Venetis
 captas aggressus, primo Solarolam Fa-
 ventinæ ditionis urbem ex improviso in-
 vadebat, dein ipsam Faventiam occu-
 pabat, postea vero rapidi torrentis instar
 Ariminum, Ravennam, Cerviam, & no-
 bilissimas Romandiolæ urbes cepit, eo-
 demque ardore Venetos ab omnibus ci-
 vitatibus, quas Ecclesiasticis ditionibus
 eripuerant, propulsavit, illasque denuo
 Sedi Apostolicæ conjunxit. Papa voto-
 rum suorum plene compes factus, recu-
 peratis omnibus, quæ a longo tempore
 ab Ecclesia avulsæ erant, urbibus haud
 ampliora appetebat: Dux vero Ferra-
 riensis, qui S. R. E. vexilliferi munere au-
 ctus, Papæ copiis imperabat, pro jure
 suo Peninsulam Rodiganam, quæ Athe-
 si & Tanaro interjacet, a Venetis per plu-
 res annos posseſſam, sibi vendicavit.

Marian l. 29. Marchio quoque Mantuanus Asolam, &
 Lunatum cepit, quas urbes Veneti Joani-
 ni Francisco de Gonzaga Marchionis
 Proavo abstulerant. Denique Venetos a
 pluribus, quas in Tridentino tractu deti-
 nebant, urbibus ejusdem Dioecesis Epis-
 copus depulit.

§. XXXVII.